

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Caspar Mauritius Friderich Büchsenschmit

Disputatio Theologica De Peccato In Genere

Rostochii: Kilius, 1651

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738585602>

Druck Freier  Zugang



R U. Mol 1657.
Mauritius, Casper / d
Prof. Dicksonius, Friedrich



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn738585602/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738585602/phys_0002)

DFG

DISPUTATIO THEOLOGICA
DE
P E C C A T O I N
G E N E R E,

Quam,
DIRECTORE DEO TER OPTIMO MAXIMO:
P RÆSIDE

VIRO ADMODUM REVERENDO, CLA-
RISSIMO, EXCELLENTISSIMO

D N . C A S P A R O M A U R I T I O , S . S .
Theologiae Doctore, ejusdemq; P.P. & p.t. Deca-
no, Ecclesiaste ad D. Mariam vigilantissimo, Prä-
ceptore & Fautore æternum
devenerando,


Publico Deologisitw examini subiecit
Friderich Büchsen schmit/ Breitenbergæ-Holsatus,
A. & R.

*Habebitur in auditorio majori ad diem 13. Augusti
horæ antemeridianas.*

• 06(0) 50
F

R O S T O C H I I ,
Typis NICOLAI KILI. Acad. Typogr.
ANNO M. DC. LI.

1651



DE PECCATO IN GENERE.

THES. I.

Tractatio Peccati in Genere, non solis
Theologis, sed ex parte etiam Philosophis, ex parte
juris Consultis communis est: Theologorum autem
multum à reliquorum dissideret.

[Priori loco, hæc debuerunt esse monita, quia
uniuersitatem themati principio sua sedes vindicanda est,
et constare possit, quid in illo tractando observandum, quid non; quid
ei cum reliquis disciplinis commune sit, quid non: ne forte disputatio,
quæ debebat esse Theologica, fuit juridica, aut Philosophica, aut in aliam
se penetret facultatem quæ ei destinata non erat. Ut autem thesis hæc si
bi tanto melius constare possit, ad primum omnium disciplinarum
principium quæstio deducatur, & deprehendetur eum in finem Philo-
sophiam inventam esse, ut ea animæ nostræ morbo mederetur. Intelle-
ctu habebamus omnium rerum insectiæ caligantem, cui ut subveniretur
inventa est Philosophia Theoretica. Voluntatem habebamus perversam,
quæ ut emendaretur, inventa est Philosophia Practica, monstrans me-
dia, virtutes sc., quarum auxilio voluntatis nostræ $\beta\epsilon\beta\lambda\sigma\tau\eta\varsigma$ curari pos-
set: sic ergo virtutes Ethica tradit. Quia autem ex cognitione oppositorū
opposita facilius cognoscuntur, & vitanda cautus evitantur, etiam vi-
tia seu peccata, virtutibus opposita, tradi ibi necesse est. Vera ergo quod
ad Philosophos etiam spectet generalis tractatio de peccato. Cum au-
tem juris-consulti ea, quæ ex principiis naturæ fluunt, certis Legibus de-
terminent, omnino necesse erit, ut quæ Philosophus ex sua naturæ du-
ctu & instinctu liberè vitare novit, subditos suos vi & pænis vitare doce-
ant. Non autem vitare possunt, nisi quid sit vitandum, sciant: ideoq; & vi-
tiorum naturam ab illis explicandam esse, satis aperte constat. Hinc est
quod libro 4. Institutionum tit. i. peccatorum rationem habeat D. Ju-
stinianus. Certum ergo, quod ad juris-consultos etiam generalis aliqua
peccati tractatio pertineat, adeoq; primum theses membrum verum
sit. Etiam si autem ad Philosophos & juris consultos generalis illa pec-
cati

A 2

cati

ceti ratio spectet, illa tamen multum discrepat à Theologica, nam Juris-
consultis peccatum nihil aliud est, quam actio, quæ à sciente & volente,
contra rectam rationem & legem positivam commissa: Philosophis au-
tem non nihil proprius accedentibus & ipsi interiores affectus culpantur.
Sed in Theologia latior est acceptio peccati, hic enim notat omne id,
quod contra legem Dei est, s. voluntarium sit, s. involuntarium, s. à sciente
s. ignorantie commissum, s. sit defectus, s. sit actus, s. habitus, vel connatus vel
acquisitus. Hinc, secundum omnia causarum Genera, hic quædam disre-
pantia inveniri potest. Discrepat enim.

α) Causa Efficiens. Hanc vel in inevitabili necessitate ponunt Stoici;
vel in fortuito rerum casu Epicurei, vel in Materiæ inconstantiæ Aristoteli: Theologi autem eam in tyrannide Diaboli, εγεγύθητο τις
νῦν τῆς ἀνθρώπου Eph. 2. v. 2. ponunt.

β) Causa Materialis. Juris-consulti actus externos; Philosophi inre-
tiores affectus: Theologi autem omne, quod à lege divina deviat, pecca-
tum salutant.

γ) Causa Formalis. Philosophis est deviatio à recta ratione; Juris-
consultis à lege positiva Imperatoris: Theologis vero à lege divina.

δ) Causa Finalis. Philosophi peccatum meriti dicunt malam consci-
entiam; Juris-consulti pœnas externas: Theologi autem ulterius progre-
diuntur, & non solum mortis conscientiæ, pœnas externas, sed etiam
æternam damnationem minantur omnibus, qui in peccato perseverant.
Confer Chemn. L. C. tom. I. de pecc. questio. 7. Meisn. Decad. I. An-
throp. disput. 3.

THESES. II.

Peccatum Latinis alias vocatur scelus, flagitium, prævaricatio, cri-
men, culpa, vitium, &c. Græcis principaliter ἄμαρτία, alias ἄδι-
κημα, πονηρία, κακία, ἀνομία, ἀδικία, ἀπέιθεα, ἀσέβεα. Hebreis
principaliter חטא, vel טהרת, alias עבירה, רע, און, שיל,
עשות, בְּשִׁאָתָה, עז, אַשְׁרֵי, פְּשָׁע, Pl. 19. v. 12. Horum omnia si sectari velis
ἀκριβεαν, comperties ea plurimum inter se dissidere: sin autem usu
consulas, sæpe nihil discriminis inter ea esse apparebit: ut significetur
omnia peccata coram judicio Dei, quocunq; etiam nomine veniant, nisi
facta eorum remissio, rea esse æternæ damnationis.

[Priori loco non ἀναγνομέναι, sed ἐπιμολογήσαι ponendam esse
tradunt]

gradunt Logici, sed quando thema unius linguae vocabulis describitur, quando autem plurium linguarum vocabula adstant, quæ thema illud esserunt, prius judicandum, quò modò quæq; lingua illud efferat, ne de eo, quod ignotum, judicium feratur, quod absurdum. Quatuor autem in hac thesi dicuntur.

I. Quomodo vocetur id, de quo in hac disputatione agendum, & quidem Latinis, Græcis & Hebræis: Latinis scil. peccatum, Græcis ἄμαρτία, Hebræis ἈΝΤΩΝΙΟΥ, vel ἈΝΤΩΝΙΟΥ. Potuisse et addi, quomodo in lingua nostra vernacula id vocetur, nempe Sündē / sed quo minus id factum, obstitit non solum doctissimorum quorumq; autoritas, quorum exemplo mihi, cum Terentio nostro, id licere puto, quod illi fecerunt, sed & hujus linguae ratio, quæ authentica non est, ut & studiorum nostrorum methodus, quæ disputationes non Germanicō, sed Latinō, conscribendas idiomate docet.

II. Quomodo in tribus linguis aliis, vocabulis efferatur id, quod huic disputationi vindicatum est, quod sc. Græcis alias vocetur ὁδόπτωμα, μονεῖα, κακία, ἀροπία, ἀπάθεια, ἀσθετία. Latinis alias scelus, flagitium, prævaricatio, error, crimen, culpa, vitium &c. Hebræis alias עַבְרָהָם &c.

III. Quid discriminis inter horum vocabulorum significationes sit, nempe ea quidem ratione sua ἐνεργείας differre, ratione vero usus promiscue ponit. Synonyma Latina omnino quidem differit ratione sui formalis significatus, nam levius quid est error, quam scelus vel flagitium: aliud est vitium, aliud est peccatum, nam illud habitum, hoc operationis mala connotat, sed num hæc differentia sit perpetua, ex lectione bonorum autorum patet. Inter Synonyma Græca, ratione sua formalitatis, multum discriminationis esse facile cernitur; sed eorum usus in sacris est in differens. Αμαρτία Paulo peccatum originale significare, testis est Flacius folio 849. ὁδόπτωμα peccatum actualis significare, eodem docente discitur. Sed ex cap. 5 Rom. contrarium apparet, cum enim v. 12. peccatum originis per αμαρτίας descripsisset, idem v. 17. per παρέπομπας describit. Imò utraq; vox pro peccatis actualibus sumitur Eph. 2. v. 1. καὶ ὑμᾶς ὅντας νεκροὺς τοῖς ὁδόπτωμασι καὶ αμαρτίαις. Πονηρία, ratione sua ἐνεργείας notat magis magisq; peccandi cupiditatem, ut &

xaria: prius enim est à πένομαι laboro; quod huic peccato obnoxij, quasi summo labore in peccata semper truant: posterius est à χάλεψι επι-
dere, quod propriè est ignorantum, quia magisq; ostiandi cupidine ducun-
tur.) Sed contrarium patet ex Matt. 22. v. 18. γνώσε δέ ὁ ιησοῦς τὴν πονη-
ρίαν αὐτῶν, ubi missos ad se à Cæsare & Pharisæis increpat; & non
tam ad peccandi continuatam cupidinem, quam ad malevolum actum,
quem machinabantur, respicit. Ανομία significat peccata contra Le-
gem; sed in verbis Tit. 2. v. 14. ὃς ἐδωκεν εἰσιτὴν ὑπὲρ ημῶν. ίρα ημᾶς
λυτρώσονται διπλά πάντας ἀνομίας, non sola peccata contra Legem intel-
liguntur, sed quævis, etiam incredulitas strictè sumpta. Αδικία propriè
significat injustitiam: sed I. Joh. 1. v. 9 omnia peccata: πάσις εστι ηγή δι-
καιούσα, ίρα ἀφῆ ημῶν τὰς ἀμαρτίας καὶ παθασίου ημᾶς διπλά πα-
ντας ἀδικίας nam non à sola injustitia, sed & ab omni nosliberavit
peccato. Απειθεία significat propriè incredulitatem, sed in usu etiam
omnia peccata, Rom. 11. v. 32. οὐκέπεισεν γάρ ὁ θεός τὸν πάντας εἰς
ἀπειθεῖαν. Quod autem hic vocat ἀπειθείαν, illud ad Gal. 6. v. 22.
vocat ἀμαρτίαν: οὐκέπεισεν ιησαφῆ τὰ πάντα ὑπὸ ἀμαρτίαν. Ασέ-
βεια propriè significat neglectum cultus divini, sed in epistro Jud. v. 18.
etiam cætera peccata significat: καὶ τὰς εἰσιτῶν ἐπιθυμίας περιουσιενος
τῶν ἀσεβεῶν: quod enim hic Judas effert per ἀσεβεῖαν, illud Paulus
per varias peccatorum species enarrat, 2. Tim. 3. v. 1. 2. 3. 4. 5. utrobiq;
enim de ultimis temporibus dici certum est ex eo, quod expresse additur
in epistro. Judæus ἔχατω χρόνῳ in epistol. Pauli εὐ ἔχαταις ημέραις
Judas dicit: οὐμεῖς δὲ ἀγαπητοὶ μνήσθητε τῶν ἡμιάτων, τῶν πεφερη-
μένων, ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων τὰ ποιεῖσα ημῶν ἵστος χειρεῖς· ὅπις ἐλεγού-
ντειν, ὅπις εὐ ἔχατω χρόνῳ ἔσονται ἐμπατίκαι, καὶ τὰς εἰσιτῶν ἐπιθυ-
μίας περιουσιενον τῶν ἀσεβεῶν. Paulus V. dicit: τότο δὲ γίνωσκε, ὅπις
εὐ ἔχαταις τὰς ημέραις ἔντησσονται καὶ εἰ σαλεπτί, ἔσονται γάρ δι-
ανθετῶν φίλαυτοι, φιλάργυροι, ἀλαζόνεις, ὑπερήφανοι, βλάσφημοι,
γονεῦσιν ἀπειθεῖσι, ἀχάρεισι, ἀνόστοι, ἀσοργοι, ἀσπουδοι, ἀκρατεῖς
ἀνήμεροι, ἀφιλάργυροι, περιθόται, περιπετεῖς, πετυφωμένοι, φιληδο-
νοι, μᾶλλον ἢ φιλόθεοι, ἔχοντες μόρφωσιν ἐνοσθεῖας, τὴν δὲ δύναμιν
αὐτῆς ἡρυγμένοι. Quid clarius his esse posse? nam quod Judas dicit ἀσε-

βείαν

βεατ, hoc Paulus denotat per varias peccatorum species. His id, quod de Synonymis Græcis assertum est, probatum puto. Inter Hebreorum. Synonyma multum esse discriminis, satis discere licet ab illis, qui formas vocum, scrutantur, quod vero illud discriminem in usu non semper obser- vetur, collatio aliquot locorum docebit. נָטַח significat aberrare à scopo, hinc נָטַח tale peccatum notat, quod ex infirmitate commissum est : עַשְׂפָּה autem significat deficere, rebellare, prævaricari, hinc עַשְׂפָּה tale pec- catum notat, quod ex destinata sit voluntate, & quasi dedita operâ, Græ- cis διορθωσία. Et Cla. Buxtor. notat, quod Rabb. Kimchi חַטָּאת pue- ritiæ tribuat, quando cognitio hominis adhuc imperfecta est, עַשְׂפָּה autem adulterioribus, quando quis scienter & contumaciter peccat. Fun- damentum videtur habere hæc observatio in Psal. 25. v. 7 ubi dicitur : חַטָּאת נָעָר וְפִשְׁעָרָא אל-חֹכֶם. Quamvis autem עַשְׂפָּה ut pluri- sum peccatum voluntarium significet, חַטָּאת autem involuntarium, & quod ex infirmitate committitur, ex frequenti cum Bibliorum lectione pater, hoc discrimin non perennare, nam quandoq; peccata voluntaria, & quæ dedita operâ sunt, veniunt nomine חַטָּאת & contra, Gen. 18. v. 19, &c. ubi certè Deus de peccatis lo- quitur, quæ non ex infirmitate committuntur, confer 2. Reg. 10. v. 19. ubi peccata Jerobeami describuntur per חַטָּאת. In reliquis Synonymis idem usu venit, nam eti illa ut plurimum differant, tamen quod modo taliter, illud alibi aliter vocatur, unde satis pater, quod formalem significatio- nem non semper observaverit Spir. S. סְגִבָּה significat transgressionem, voluntarie factam, licet non ex male acquisitio habitu : עַרְעָה vero nota- peccatum, quod ex malo habitu contractum : sed Ps. 7. v. 7. & 10. idem, peccatum eodem nomine venit : בְּעֵבֶד חַטָּאת. קָמָת יְהוָה בְּאָפָּה חַטָּאת. בְּעֵבֶד חַטָּאת. בְּעֵבֶד חַטָּאת. צְרוּי v. 10. dicit: מִגְּפָרְנָא רְשָׁעִים utrobiq; autem David precatur Deum, ut puniat improbitatem, quam exhibuerat סְגִיבָּה, ubi idem pecca- tum diversum significantibus vocabulis exprimit. עַרְעָה, ut modò indica- tum, notat habitum peccandi habitum, נָעָר autem vanitatem, ut tradic- Buxtorf. Ps. a. 5. v. 5. & 6. haec duo vocabula inter se permutantur : v. 5. dicitur: לְאַיְלָה בְּעֵד v. 6. quid autem per illum עַרְעָה intelligatur, ex- plicatur, nesciimus, פְּעַל אָוָל & בְּעֵד, Hic videmus quod unum & idem

& idem sit, nam utrobiq; David loquitur de peccato & persecutione
Sauli, Doegi & aliorum. Et, summatis dicendo, si velles eorum omnium
anabibas sectari, videres quod diversa quidem significant, diversum
autem applicentur: hinc longum eorum catalogum texere non opus
esse duco.

IV. Quare in sacris illa formalis significatio non observetur, ut sc.
indicari possit, Deum omnia peccata, quo cuncti etiam nomine veniant,
punire, & minima eorum etiam mortem mereri, nisi per Christum sit
facta remissio, nam ὅτις ὁλος τὸν νόμου παρῆσε, οὐαὶ δὲ ἐπ' ἐμοι, γέ-
γεννητῶν ἔρωτος, Jacob, 2. v. 10.

THESS. III.

Peccatum dicitur vel à pecus, vel à ἄρνη. Αμαρτία dicitur vel ab α-
ράντικῷ & μάργαρῳ vel ab αὐξητικῷ & verbo μαργαρεῖν.
[Omnium ἴστορια μάρτυρων vocabulorum, insuperiori thesi adducto-
rum, originem sectari, foret ἀσκοπα τοξεύειν & nodum in scirpo qua-
rere. Sic ergo id, quod Latinis dicitur peccatum, vel habet originem
Latinam, & derivatur à pecus, quod nos, quasi pecoris modō, lineas, præ-
scriptas à Deo, transilire faciat, hinc est, quod peccatores in scripturis
cum bestiis conferuntur 2. Petr. 2. v. ult; vel habet originem Hebræam,
quia illa omnium linguarum mater est. Significat autem ἄρνη prævarica-
ri, hinc prævaricatio ἄρνη, juxta regulam Grammaticam enim literæ
ejusdem organi facilè inter se permutantur. Αμαρτία, ab αἱρετικῷ
μαργάρῳ, & verbo μαργαρεῖν derivati commune est: posset etiam deriva-
ri a particula α, quæ interdum non habet privativam sed αὐξητικὴν ση-
μανίαν, ut in nomine Ἀφθονοῦ, (Ἀφθονοῦ ὄλεθροῦ) enī maximas
divitias notat, quæ à quovis alicui incidentur, nam quo plus divitiarum
quis habet, tanto plus etiam invidia] & verbo μαργαρίτα marcesco, nam
homines, peccatis infecti, marcescunt plus satis, tūm quod ad omne bo-
num emortui sunt, tūm quo in cinerem rediguntur. Hebrei ΙΝΤΙ]
derivationem non addidi, quia in lingua sancta talis derivatio non ad-
mittitur.]

THESS. IV.

Peccatum sumitur I. Metonymice, a) pro peccatoribus Heb. 12. v. 4.
B) pro victimā s. sacrificio pro peccato, Exod. 30. v. 10. γ) pro causa
peccati,

peccati, sicut idola vocantur peccatum Deut. 9. v. 21. ♂) pro p̄na peccati
i. Reg. 13. v. 34. II. propriè, pro àvocia & illegalitate, sicut & h. l.

[Cerum est, varia illa, in scripturis occurrentia, vocabula, non pr̄ uno & eodem semper stare, sed quandoq; aliud atq; aliud denotare, prout fere nulla vox reperitur, quæ non varia significet. Pro quibus autem stet vocabulum peccati in scripturis, in thesi assertum fuit, ubi indicatum quod I. sumatur Metonymice, & stet α) pro peccatoribus ipsis, & quidem in loco Heb. 12. v. 4, ubi dicitur: ἔτει μέχεις ἀμαρτίαις ἀνηγ-
τίσῃς, τοῦτο τὸν ἀμαρτίαν ἀντιτίθειν. Si verba hæc cum versu
præcedenti collata fuerint, satis constabit per ἀμαρτίαν h. l. peccato-
res intelligendos esse, quod enim hic vocat ἀμαρτίαν, ibi vocat ἀμαρ-
τίας. Flacius in clavi sua scripturæ per hanc vocem intelligi falsam.
religionem putat; alij peccatum originis; sed melior sententia videtur.
Petri Ravanelli, supra citata. β) pro victima s. oblatione, ut ex Exod. 30.
v. 10. probatum fuit, ibi enim dicitur, quod Aaron debeat expiate בְּנֵי יִשְׂרָאֵל sanguine peccati, h. c. ut Luth. vertit, des Sündopfers. γ) pro
p̄na infligenda, prout probatur ex loco citato, qui habetur. Reg. 13.
v. 34, ubi dicitur: & hoc versum in peccatum domui Jerobeam: ubi p̄næ
peccatorum intelliguntur, sic enim habet regula Philologorum;
quando dicitur, hoc versum in peccatum, significantur p̄næ exitiales.
vid. Petri. Ravanelli. Bibli: Sacr. par. 2. p. 447. ♂) pro eo, quod ad pecca-
tum incitat, qualia sunt idola, quæ hinc peccatum vocantur, Deut. 9. v.
21, ubi vitulus, ab Aarone erectus, expresse peccatum vocatur. II. propriè,
pro àvocia & illegalitate, quemadmodum & hic sub considerationem
venit.]

THESS. V.

Genus peccati est recessio à norma.

[Absoluta Definitione nominali, nunc ad realem pergimus, ubi priori loco observandum Genus, quod statuitur in recessione à norma. Actiones nostræ sunt aut naturales, aut artificiales aut morales; omnes hæc sihi præfixas haber certas regulas aut normas, juxta quas inceditur. In qua ergo actione aberratur à norma, juxta quam illa institui debebat, in illa peccatum committi dicitur: hinc peccare, teste Cicerone, nihil est aliud, quam præfixas lineas transilire. Cum autem nos h. l. tantum solliciti sumus de morali & Theologico peccato, sciendum quod nechic
B peccatum

peccatum aliud quicquā sit, quam recessio à norma præscripta, quæ nihil aliud est quam Lex Dei, tūm ἐμΦυτό tūm θεοτόκος, hæc enim nobis describit quid faciendum, quid non. Illuc respiciens D. Joh. in. 1. epist. cap. 3. v. 4, peccatum definiuit per ἀνομίαν s. recessionem à Lege & norma divina.]

THESS. VI.

Causa peccati non est Deus, etiam si creet & conservet naturam, sed voluntas malorum, videlicet Diaboli & impiorum, quæ, non adjuvante Deo, avertit se à Deo, sicut Christus ait Joh. 8. v. 44. cum loquitur mendacium, ex seipso loquitur, vid. August. Confes. Artic. 19.

[Explicatō Genere, nunc, secundum præscriptum Logicorum, ad Causas devolvimur, quarum prima est Causa Efficientis. Est autem hæc omnium longè difficilima, quæ maximam in hac disputatione observantiam requiret: nam quod Scal. exer. 23. scribit, quod sc. in Aegypto ad Cairum fornos construant, alij alio fornicē i[m]positō, in quorum fornīcum superiorē planicie ovorum multas centurias disponant, & statis diebus, erumpentem turbam, non numerō, sed mensura venalem habent, idem & hic dici potest, siquidem tot sententiae circa Efficientem peccati concurrunt, quot vix numero aut mensurā venales sunt. Ex corruptionibus enim, quæ per peccatum ingressæ sunt in mundum, & hæc una est non postrema, quod & peccamus & peccare volumus, & tamen culpam peccati nec agnoscere nec sustinere volumus, hinc ad externum principium semper configimus, dummodo nos omni culpa liberemur. Non modò cum Adamo Evam, aut cum Eva serpentem, sed ipsum accusamus Deum, eum peccati autorem afferentes. Quam male autem id ab iis fiat, qui Christi nome gloriantur, satis judicare potest illud, quod Hom. lib. 1. Odys. dicit, ubi Jovem ita loquentem introducit,

Ὥ πόποι, οἶον δῆνυ θεός Βερτὶ ἀπόσωνται,
ἔξη ἡμέων γάρ Φασὶ κάκον ἔμπειναι, οὐ δέ γάρ αὐτοὶ^{οὐτοὶ}
σφῆσιν ἀπεθαλίησιν ὑπὲρ μόσχον ἀλλαγὴν ἔχεσσιν.

Cum vero, juxta monitum D. Chemnitij, ex historia antiquitatis & recentibus etiam controversiis præcipua certamina observanda sint, & hæc cognitio valde multum proslt ad præmuniendos animos, quia antiquæ hæreses, diversis temporibus, variatis paulisper coloribus, rursus ab inferis excitantur, non abs re futurum credo, si brevibus & paucis, quid

quid hic molitum & dictum fuerit, explicuero. Quæstio ergo hæc, quæ est
de Causa peccati, cum sit intricatissima, etiam est antiquissima & per-
vulgatissima, nam non solum tempore N., sed & V. T. agitata fuit. An-
notavit D. Chemnitius, quod, cum sub initium Maccabæorum, propter
crebras incursiones Barbarorum, conventus docentium & discentium
dissiparentur, agitata fuerit & hæc quæstio de Causa peccati, sicut Sira-
cides cap. 15. v. 11. & 12. manifestè dicit, iactatas fuisse tales voces: 2/3
Ὥεος ἀπεισιν σc. sapientia: αὐτὸς ἐμὲ ἐπωλάνησε: χρείαν ἔχει ἀνδεὸς
ἀμαρτωλός. Imò idem Chemnitius auctor est, tempore Apostolorum,
hanc quæstionem agitatam fuisse prout hoc probat ex cap. i. v 13. epistolo
Jacob: Post Apostolorum tempora variæ hæreses circa hunc Articu-
lum ortæ sunt, quæ non modò impiè, sed & sine ratione & cum delirio
de hac quæstione statuerunt. Prima harum fuit Valentinianorum quæ
nomen debet Valentino. Fuit autem Valentinus ille natione Ægyptius,
Platonica & Pythagorica Philosophia, quam doctrinæ Christianæ stu-
diosior. Cum Episcopatum, quia ingenio poterat & eloquiò, speraret, &
alius ipso præferretur, ad expugnandum convertit se veritatem, spissas
confitaxit fabulas de triginta Æonum, tanquam Deorum generatione: :
sicut duo rerum omnia principia, profundum ac silentium, ac profun-
dum dixit esse patrem, silentium vero matrem, quam primam οὐζιαν
ἄνων appellabat. Post longè enumeratas Æonum generationes, tan-
dem ex trigesimo Æone, tanquam abortivo quodam, sapientia factum
& Diabolum, & ex hoc calum & terram & mare condita esse fingebat;
nam cum ille profundum patrem suum videre gestiret. & ob id ascende-
re voluisset, sic eum perterritum ajebat, ut ex eo pavore hæc omnia cadu-
ca, quibus hic mundus constat, concepta & edita sint. Ipsi ergo naturæ
mundi, h. c. generi Diabolico tribuebat Causam peccati, ut adeo divina
quædam necessitas homini fiat, quando scelera perpetrat. Docere incep-
pit, secundum Doct. Pappum, ex M. Bohemii editione, circa annum
Christi 143. juxta Calvisiem 144. Secunda fuit Florinianorum, quæ no-
men dicitur Florino, qui fuit Romanae Ecclesiæ presbyter: cum autem
Valentiniano erroris insisteret, à presbyterio ejectus & palam ab Ecclesia
excommunicatus est. Hic quoq; contendebat Deum omnia mala, quod
domine peccata quoq; complectebatur, creasse. Si D. Pappo credendum,
incepit circa annum 171. sua dogmata spargere. Tertia fuit Marcionita-
rum, quæ nomen dedit Marcioni cuidam. Hie Marcion fuit discipulus

Cerdonis, qui eodem fere tempore impugnavit Ecclesiam, quod Valentius. Marcion autem Episcopō patre natus fuit, & cum virtute non posset in clare scire, virtutis umbram simulavit, & virginitatem monachi habitu profesus est. Cum autem sub hac hypocrisi virginem quandam stuprasset, eamq; ob causam à Patre excommunicatus, non statim recipetur, ac ne Romanus quidem Episcopus, ad quem confugerat, ipsum absolvere veller, sine patris ejusdemq; Episcopi venia, Cerdonī se adjunxit. Hic Marcion finxit duos Deos s. duo principia pariter æterna, inter se pugnantia, quorum alterum dixit esse causam peccati, & ortos ab hoc principio non posse converti ad bonum, quod Manichæi Lucem vocabant; & ortos à Luce non posse damnari, quie quid etiam fecissent, vid. Chron. Cario. L. C. Chemnit. p. 143. & 31. Marcion hic multos habebat discipulos, inter quos & Hermogenes fuit, qui primum pictor, postmodum Stoicus factus est. De hoc Hermogene Chemnitius refert, quod, cum animadverteret scripturam non admittere dualitatem Deorum, & ita Causam peccati non posse tribui Deo, qui est Causa Efficiens hominis, finixerit materiam ab æterno fuisse, & aliam bonam aliam malam. Sicut ergo idem artifex, ex diversa materia conficiens poculum, purum ex auro & luto, aliud facit ad honorem, aliud ad ignominiam, non suō, sed materiæ vitio; ita quosdam esse bonos factos, quosdam malos, non creatoris, sed materiæ vel virtute vel vitio dixit. Quarta fuit Manichæorum, qua debet Maneti, Persæ cuidam, nomen. Erat Terebinthus quidam, qui, cum ex Philosopho, Empedocli sententiae addicte, fieret Christianus, & ejusdem sententiam de duobus principiis, φιλιξ sc. & γνήσιο voluit propagare. Cum vero multi pii Ecclesiarū Doctores resisterent, abiit in Persiam, apud divitem quandam viduam sese ibi insinuans. Hac emebat venalem quandam septennem puerum, cui nomen Cubrico erat, quia autem ille bono ingenio erat, liberaliter institutus est, & post mortem Terebinthi factus est hæres librorum Terebinthi. Ex hujus Terebinthi scriptis suam Cubricus hauriebat doctrinam, quam multis deliriis additis, augebat. Quia autem servilis conditionis fuerat, praetextu humilitatis se Maneten vocabat, nam Manes lingua persica servum significare dicitur. Hic Cubricus, jam Manes dictus, de peccati Causa ita statuebat. Fingebat duo principia, Bonum & Malum: Bonum nominabat Lucem & Malum tenebras s. Materiam, quam omnia malorum causam esse dicebat. Pappus refert hanc hæresin inter hæreses tertiarum centuriarum.

teria, Calvis. ad ann. 297. Chron. Cario. ad tempora Gallieni, qui aliquot annis ahdue prior fuit. Huic adjici posset haeresis Satanianorum, sed idem fere cum superioribus docuerunt, Diabolum praesidem vitæ nostræ facientes. Quinta fuit Prædestinorum, quos Chemnitius, ex Sigiberto, post Augustini mortem ortos esse dicit: mortuus autem est Augustinus Anno 430. 28. Augusti, cum Anno 391, in Episcopum Hipponeensem electus esset. Hi, cum Dei æternam prædestinationem, præscientiam & prævisionem observarent, dixerunt, Deum eos, qui ad interitum prædestinati sunt, velle malè agere, præparare, adjuvare. Sexta est Calvinianorum, quæ Calvinus nomen dicit. Cum Luth. seculô superiori reformationem inciperet, ὥροφη φοι habuit quendam Andream Carolostadium. Cū vero Luth. Wittebergâ abesset, Carolostadius novam doctrinam de Cœna Domini spargere, & statuas tumultuosè ē templo ejcere cepit. Huic Carolostadio assensit Hulicus Zwinglius, apud Helvetios pastor, qui plausibilioribus rationibus doctrinam de Sacramento propugnavit. Huic subscriptis Johannes Oecolampadius, pastor apud Basilienses. Hi vocantur Sacramentarij usq; ad Calvinum. Anno 1550. horum Sacramentariorum errores renovavit & porro disseminavit Johannes Calvinus, Gallus, apud Genevenses Pastor. Hic, quia plurimis ingeniosissimis disputationibns proderat huic sectæ, tam bene de ea meruit, ut etiam de ipsius nomine Calvinianam eam dicerent. Hi ergo Sacramentarij, alio & recentiore nomine Calviniani dicti, de Causa peccati sic statuunt, ut Deum Causam peccati afferere non dubitent. Quamvis autem recentiores Calviniani id omnino negent, & falso sibi imputari afferant, tale statumen assertiores ponunt, ut, illis statibus, aliter dicere non possint. Hinc Andreas Schaffmannus lib. 1. de Causa peccati, triplex eorum discrimen facit, uenpe quod quidam re & verbis id fateantur: Quidam, Terentiano Doro non absimiles, modò negent, modò ajant: Quidam & re & verbis Deum peccati autorem esse inscientur. In primis Petrum Martyrem collocat, quem in cap. 16. 2. Sam 27. rationes profere scribit, quibus hanc blasphemiam, Deum esse omnium peccatorum causam, probet: reliquos dicit Stephanus Zechedinus, Martinus Bucerus, & plures alios. Qui in secunda classe sunt, euam si id negent, sponte coacte iamnen concedere coguntur, quod negant: stante enim hypothesi illa, quod Deus efficaci suo decreto destinaverit, non soluta ad damnationem, sed & damnationis causas, quoicunque ei libitum fuit, aliter dicere nō possunt. Hoc autem faciunt,

prout videre est ex Gwilhelmi Perkinsi disceptatione, de prædestinationis modo & ordine. Nam pag. num. 25. dicit: Decretum reprobationis est opus providentia divina, quō Deus decrevit certos homines præterire, quoad gratiam supernaturalem, ut justitiam & iram in illorum debito exitio declararet. Sive: est voluntas permittendi aliquem cadere in culam, & inserendi damnationis pénam pro culpa. Et Amandi Polani Didascal. de æterna prædestinatione, in qua p. m. 132. sic scribit: Reprobatio æterna hominū damnatorū, est prædestination, quā Deus ab æterno constituit præterire illos relictos in communī exitio, in quod omnes per peccatum se se præcipitaturi fuerant. Hoc videns Petrus Bertius Theologus Calvinianus Lugdunensis, in apologia ad fratres Belgas contra Johannem Piscatorem Herborn. Anno 1614. impressa, talem instituit comparationem inter Imperatorem Tiberium & Deum Calvinianorum, ita scribens: Fertur, apud Suetonium, quondam Tiberium virginem strangulari voluisse. Cur? quia libebat. Sed cum id vetaret patria mos, quō non licebat intemeratam occidere, misit, virginem ad lenem, & decreto suo viam ipse sternens, stupratam occidi jussit. Ibidem p. 17. hoc schema reperitur.

Collatio Sententie Johann. Piscatoris de divina Prædestinatione cum facto Tiberij,

Suetonius in Tiberio.

Immaturæ puellæ, quia, more traditō, nefas esset virgines strangulare, vitiatae prius à carnifice, deinde strangulatae, cap. 61.

Piscator adversus Schaffmann.
Deus homines suō consiliō condidit, ut reipso laberentur, quippe cū non, nisi hac ratione, pervenire potuerit ad fines illos principales, videlicet patefactionem misericordiæ in salute aliorum, & patefactionem justitiae in interitu reliquorum. vid. p. 26. sect. 27. in disput. de prædest. oppo. Schaffman.

Decretum prius,

Tiberius vult immaturas virgines strangulari.

Deus vult maximam partem hominum citra rationem peccati rejici.

Cur? quia ipsi libet.

Causa hujus.

| Cur? quia ipsi libet.

Obsta-

Obstaculum.

Sed inhibet exsecutionem mos patruius, vetans ne virgines strangulentur.

Sed inhibet exsecutionem ratio justitiae, vetans ne innocentes condamnentur.

Remotia obstaculi.

euγημα Tiberii. Curabo ut virginis videntur, ita & ego decreto meo viam aperuero, & mori patrio satisfecero.

euγημα Dei secundum Piscatorem. Faciam ut homines peccent, ita & ego decreto meo viam aperuero, & justitiae meæ satis fecero.

Decretum posterius.

Volo ut virginis à carnifice viciuntur.

Volo ut Adam peccet: sed & postea singuli quoq; reprobi, pro qualitate & quantitate Finis, ad quem sunt destinati.

Eventus posterioris decreti.

Vitiantur virginis, neq; id impedit Tiberius.

Peccat Adam, neq; id impedit Deus, peccant similiter singuli reprobi, peccatis suis singularibus.

Eventus prioris decreti.

Strangulantur virginis, ita viciatæ. Condemnantur reprobi, hōc modo facili peccatores.

Et in hac oīyūeīozī Piscator, quod reprehendat, nihil habet, uti patet ex responsione ad Apologiam Petri Bertij, Anno 1615. Herbornæ edita, ubi p. 163. ita scribit: sicut Tiberius ad virginis strangulationem viam decreto suo ipse stravit, per ejusmodi stuprationem, cum salvō more patriæ eo pervenire non posset: sic Deus, ex meā sententia, ad reproborum damnationem viam decreto suo stravit, per eorundem lapsum atq; peccatum, cum non, nisi hac ratione, eo pervenire posset. Vide plu. apud Christi: Matth. disput. 2. colleg. 2. anti-Photiniani problem. 4. ubi queritur an Calviniani perfectionem Dei labefactent. Ex his clarum omnino & satis apertum redditur, Calvinianos, qui etiam verbis suis id negant Deum peccatorum Causam statuere, adeoq; illud, quod falso sibi imputati ubiq; crepant, reverissima docere. Postquam autem diversas de peccati

cati Causa sententias explicatas vidimus, nunc porro, quæ vera ejusdem
Causa sit, videndum est. Hic autem monendum venit, quod, quando peccatum
Causam habere dicimus, illum terminum non in rigore Philosophico sed cū $\omega\lambda\alpha\tau\iota$ sumamus, pro omni eo, quod ad efficiendum peccatum
quoquā modō concurrit: alias enim notum est quod defectus Causam
positivam non habeat. Qua autem vera, & in scripturis asserta peccatorum
Causa sit, in thesi ex Aug. Confes. satis declaratū fuit, & quidem.

(I.) $\kappa\alpha\tau' \alpha\gamma\sigma\tau\iota$, quod ne tempore non sit Deus. Hoc satis probari potest ex sacris literis, Deut. 32. v. 4. dicitur: Opus Dei perfectum, & nulla iniquitas in illo, Ps. 5. v. 6. Non Deus volens iniquitatem tu es: ideoque abominatione & odium Iehovæ & peccatum & peccatores, Deut. 17. v. 4. cap. 18. v. 9. & contra justitia apud ipsum est, Prov. 8. v. 18. I. Joh. 1. v. 6. Deus dicitur Lux, in quo nullæ sunt tenebrae: quæ vero $\chi\alpha\rho\alpha\pi\alpha\chi\alpha\mu\alpha$ $\varphi\omega\pi\alpha$ $\omega\epsilon\sigma\sigma\kappa\eta\theta\beta\alpha$, aut quæ convenientia Christi cum Beliale 2. Cor. 6. v. 14. 15. Omnia hæc velut in unam conclusionem congerit Jacobus cap. 1. v. 13. dicens, quod nemo sibi sumat hoc iudaciæ, ut profiteatur se à Deo tentari, quia Deus neminem tentat. Nec solum ex sacris literis, sed & ex ipsa ratione patet, Deum nullō modō aut esse aut dici posse Causam peccati. Et a) hoc docet natura peccati. Peccatum est recessio à norma, uti thes. 5. dictum, & quidem à norma, quam ipse Deus proposuit. E. Deus, à norma sua, quam ipse præscripsit, recedens, à seipso recedit β) pæna peccati. Cujus Deus est ultior, ejus non est autor. Atqui Deus est ultior peccati, uti patet ex variis exemplis. E. illius non est autor. γ) pænitentia. Si Deus est autor peccati, non opus habemus pænitentia, quia voluntati Dei satis fecimus. Deus est autor peccati, prout hoc adversarij dicunt. E. opus pænitentia non habemus, quod impium & absurdum. Quando autem dicitur, quod Deus nos sit autor peccati, dicitur I. quod Deus non decernat peccatum Jere. 19. v. 5. Et ædificaverunt excelsa Baali, ad exurendum filios in igne sacrificiorum Baalis, quod ego nec præcepi, nec locucus sum, nec ascendit in cor meum. II. quod non incitat ad peccatum. Jacob. 1. v. 13. qui tentatur, non dicat quod à Deo tentetur, nam Deus neminem tentat. III. quod nullo modō operatur peccatum, aut eidem cooperetur, nam omnia, quæ Deus fecit sunt valde bona Gen. 1. v. 31. & quæ participatio lucis cum tenebris, justitiae cum iniquitate 2. Cor. 6. v. 14. IV. quod non imperet Diabolo ut seducat, quia a) Diabolum puniit Gen. 3. v. 14. 15. b) Diabolo nos resistere jubet Eph. 4. v. 7. non date locum

locum Diabolo i. Pet. 5. v. 9. huic resistite firmi Fide. V. quod occasio-
nem ad peccandum, homini nullō modō subministret, jubet eum auf-
ferri offendicula de via populi sui, Esa. 57. v. 14. tollite offendiculum de
via populi mei. Etiam si 2. Deus nullō modō sit causa peccati, neq; per se,
neq; per Accidens, non tamen hinc sequitur, quod sequi fortasse pu-
tant adversarij, nempe Deum circa perpetrationem peccati se non aliter
habere, quam otiosum spectatorem: nam etiam si Deus circa peccatum
non concurrat quatenus est *accidens* & defectus, concurrit tamen prout
est illud est actus, nam circa peccatum hēc duo observanda veniunt.
1. action ipsa, 2. actionis *accidens*. Circa actionem perficiendam tria con-
currunt principia: universale, quod Deus, commune, quod natura, par-
ticulare, quod voluntas. Hēc cum ad unius Effecti constitutionem conspi-
rent, notanda est triplex, ex doctissimorum observatione, circumstan-
tia, verba sunt Scāffm., quā principiorum modus agendi circumscribi-
tur: Primo, in statu actionum & naturae lege, principium supetius infe-
riori nihil decerpere, sed integras illi vires relinquere, ideoq; Deum, uni-
versale nostrarum actionum principium, non aliter naturam afficere,
quam ut omnia secundum naturam: naturam vero, commune princi-
pium, ita voluntatem movere, ut voluntas, agendi libertati relicta, ou-
lō necessitatis vinculo constringatur. Deinde quotiescumq; ad unius Ef-
fecti constitutionem plures subordinatae Causæ concurrunt, ultimum
Effectum neq; intermediarum, sed proximæ Causæ conditionem sequi.
Videmus ergo, quod Deus nullatenus sit Causa peccati, nec tamen otio-
sus spectator. Huic nostra orthodoxæ confessioni suis argutiis obstre-
punt adversarij, crepantes I. Deo in scriptura indurationem ascribi, ut
Exod. 4. v. 21. cap. 7. v. 3. cap. 9. v. 12. cap. 10. v. 20. 27. cap. 11. v. 10. ubi
dicitur, & quod Deus velit indurare, & quod induraverit cor Pharaonis.
Exod. 14. v. 17. ubi dicitur, quod velit *Egyptios* indurare. Esa. 64. v. 17.
quare errare fecisti nos de viis tuis? indurasti cor nostrum, ne timere-
mus te. Roma 9. v. 18. Deus indurat quem vult. Sed horum locorum satis
fidelem interpretem habemus ipsam scripturam, quæ alibi satis explicata
re soler, quomodo hēc verba intelligenda: nam a) quod Deo in indura-
tione Pharaonis, id ipsi Pharaoni tribuitur Exod. 8. v. 17 ubi dicitur,
quod Pharaon induraverit cor suum, ubi in Hebreo est *חַכְמָה* singulare
cum emphasi, & v. 32, dicitur. *רֹבֶעַ* & induravit cor suum. cap. 9. v.

34. dicitur. quod Pharaō ulterius peccaverit & induraverit cor suum. β)
quod Deo in induratione Δ gyptiorum, hoc ipsis Δ gyptiis tribuitur.
Exod. 9 v. 34. ubi dicitur, quod servi Pharaonis induraverint cor suum.
1. Sam. 6. v. 6. idem dicitur. (γ) Esaias pariter se satis explicat, quomodo
hæc verba intelligenda sint, in præcedentibus enim indurationem hanc
ipsis ascribit Israélitis, de quibus v. 9. dicit, quod eos Deus redemerit, por-
taverit, elevaverit, v. 10. autem dicit, quod ipsi semper rebelles fuerint
& Spir. S. affixerint & exacerbaverint. δ) Locus, qui est ad Rom. 9. v. 18.
propriè non agit de Causa peccati, sed de impiorum rejectione, ubi Paulus
docere vult, quod Judæi justè rejecti, & in ipsorum locum gentiles as-
sumpti, quibus prædicatur Evangelium, & ex quibus colligatur Ecclesia,
non enim videbatur fieri posse, ut Deus populum, quem tot annis dile-
xerat, nunc demum abiceret, suamq; voluntatem gentibus revelaret.
Notandum autem quod principaliter & primario non agat de æterna
rejectione vel electione, sed potius de temporali vocatione ad Ecclesiam,
quam nonnulli vocant electionem ad gratiam, licet quandoq; aliqua
immisceantur, quæ ad doctrinam Prædestinationis pertinent. Cum Apo-
stolus cap. 3. & 4. docuisset, justificationem esse gratuitam, cap. 5. descri-
bit fructus justificationis, videlicet tranquillitatem conscientiæ & spes
vitæ æternæ. Cap. 5. igitur ostendit, quod nec crux, nec peccata infideli-
um spem possint infirmare. Hac occasione cap. 6. venit ad eam quæstio-
nem, ad licitum sit in peccatis perseverare, si ea nihil obsint. Negat hoc
Apostolus, & variis argumentis suam assertionem probat, inter alia.,
cap. 7. inde, quod Lex quidem abrogata quoad reatum, quatenus vero
obedientiam ei præstandam & vitam rectè conformandam docet, non-
dum abrogata sit. Hac occasione cap. 7. multa de Lege disputat. Cap. 8.
redit ad institutum & monstrat porro quos habeant fructus de justifica-
tione, nempe infirmitatum in renatis habitantium condonationem.
Hac occasione monstrat, quæ sit indoles carnis & spiritus. Concludit
autem hoc caput tali epiphonemate: πέπεισμας ὃν οὐ δύναται, Θ ,
 Σ πεζων, οὐ το ἄγγελοι &c δυνήσται ημᾶς χαρίου δόπο τῆς ἀγάπης
τῆς Θεος, τῆς εὐ Χειρὸς Ιησοῦ τῷ κυρίῳ ημῶν. Potuisset obici. Quare
ergo Judæi sunt rejecti, qui fuerunt Deo summopere per tot secula chari-
tim populus ejus. Rationem autem dicit Paulus, quia non omnes Israél-
ites, qui sunt ex Israël. Objectio Judæorum talis erat, Si nos Judæi rejecti
sumus

sumus à regno Messiae, vana erit & irrita promissio Jehovæ, nobis facta,
& non verum quod ei, qui sunt electi in Christo Iesu, non possint à Deo
separari. Respondet Apostolus distinguendo inter veros & falsos Israeli-
tas, adeoq; promissionem veros, non falsos Israëlitas concernere. Hanc
responsionem illustrat exemplo Isaaci & Iosuæ. Excipere potuissent
Judæi in typo proposito magnam esse disparitatem, quia Iosuæ fuit
prognatus ex ancilla, se vero ex libera & domina. Respondet Paulus v. 10.
Etiam si vos in totum ex familia & profapia sancta Israëlis geniti sitis, atta-
men hanc carnalis nativitatis prærogativam non potestis prætendere,
quod ex alio exemplo addiscite. Jacob & Esau ex unis eisdemq; parenti-
bus prognati, Isaac nimirum & Rebecca, & tamen Esau à jure primoge-
nituræ rejectus est, & in ejus locum assumptus Jacob. Excipere hic iterum
potuissent Judæi. Jacobum Esavo prælatum esse propter pietatem & pro-
bitatem: hoc autem de nobis dici haud poterit, nam nos pietate & pro-
bitate reliquias gentes superamus. Respondet Paulus Bona opera Jacobi
nō fuisse in Causa, & falsam electionis Causam, nempe bona opera & ex-
ternas prærogativas, removens, verum propositum & ~~etiam~~ vocantis
substituit, mera enim misericordia est, quod nos Deus vocat. Excipiunt
hic iterum judæi. E. Deus in justos est, qui bona facientes recipit, idolola-
tras autem recipit. Respond. Paulus negando consequentiam, quia ele-
ctio merè gratuita, non propter opera, non propter cursum facta, scri-
ptum enim est: misereor cuius misereor, h. e. cuius misereor illius ex sola
gratia, non propter opera misereor. Hæc autem misericordia Dei non ex-
cludit meritum Christi & Fidem, sed tantum externa opera. Ex his hæc-
enus dictis Paulus talēm ponit conclusionem: igitur non volentis, non
currentis, sed miseren̄is Dei est. Atq; hæcenus ostendit paulus non
omnes Israëlitas veras esse Israëlitas, adeoq; non omnes Deo caros.
Quemadmodum vero prima & princeps Causa electionis est voluntas
Dei misericors; ita nunc à contrario ostendit Paulus, etiam primam &
principem indurationis Causam esse justam Dei voluntatem, qui eum in
Enem solet impios quandoq; tolerare, ut gloriam suam amplificet. Hoc
ostendit exemplo Pharaonis, de quo scriptum est: in hoc ipsum te exci-
tavi, ut potentiam meam ostenderem; h. e. Etiam si viderem, te rebellēm
futurum, nihilominus εἰς τὴν πόλην σε, vel, iuxta Hebræum texū, feci te stare,
id est, passus sum te nasci, & licet rebellis essem, non statim sustuli, sed ty-
rannoideum tuam magno patientia tuli, indolēq; ut maneres, adeoq; me-

am patientiam in tui eversione ostenderem. Ex his nunc concludit Paulus v. 18. itaq; , cuius vult, miseretur, &c , quem vult indurat. Scopus hic est, nihil inveniri apud Deum in justitia , etiam si filiorum promissionis misereret & contumaces indurate velit: etiam si eorum, quos viderat media , ex mera gratia & misericordia , non ex nostris operibus, oblata, accepturos, misereretur, eos autem, qui media ita oblata contumaciter rejecturi, induraret, h. e. in sensu suo reprobare relinquere. Videmus ergo, quod ex hoc dicto, sine magna textus injuria, non possit colligi Deum peccati autorem esse. Vid. Meisa. disput. 20. Anthropol. sacr. unde haec desumpta sunt. Etiam autem Deo in his & aliis dictis induratio tribuitur , sit tamen hoc triplici de causa alia: 1. *ωργη ωργη τηνως*, per missivam actionem in scripturis permittenti saepe tribuitur, sic Gen. 6. v. 19. & 20. dicitur, quod Noa debeat omnia animalia secum in arcam abducere, ut vivificer illa, id est, ut in vita conservet, quem admodum Luth. recte vertit: *Das sie leben blieben.* Notandum autem, quod, quando Deo permissionem peccati ascribitur, id non faciamus sensu Calvinistico, quis lingua hic quidem eandem nobiscum habent, sed sensum diversum. Quando Calvinistae Deum peccata permittere dicunt, eum gratiam suam subtrahere ajunt. Sic enim Wendel: cap. 6. de provid. divi. Causis & Adjunctis Thes. X. permissionem describit: *permisso est gubernatio Dei, quā homines ad peccandum pronus, à peccato non retrahit, sed gratiæ suæ auxiliō negatō vel subtractō, in peccata ruere sinit, ita tamen ut ipso- rum impetum ad judiciorum suorum executionem flectat, &c, quæ pes- simo ab ipsis consilio suscipiuntur, in fines optimos diriga! &c. sed quis unquam tales vocem permissionis audiens, conceptum formavit? No- strates ergo Deo peccati permissionem ascrivent, non dicunt quod subtrahat suam gratiam, sed quod non impedit Physicè, cum moraliter impediverit ponendo Legem, eamq; promissis & comminationibus muniendo.* 2. *μετωνυμικῶς*, declarative, verba enim activa crebro non rei effectiōnem, sed effectiō ostensionem indicant, hinc Jacob. 2. v. 24. dicitur, quod operibus justificemur, h. e. justi declaremūr, vel quod ex operibus videri possit, *num justis simus annon.* 3. *κατηκῶς*, ut justo judici, qui peccatis peccata punit, hinc Amos cap. 3. v. 6. dicitur: *est ne etiam malum in urbe, quod non sit à Domino?*

II. Deum omnia præscire, adeoq; omnia necessario fieri, ubi falso præscientiam Dei omniū causam dicunt, quia præscientia Dei infallibilis.

Sed

Sed nihil minus quam hoc sequitur; nam præscientia pendet à rebus
olim contingentibus, non contra res à scientia, nec sit propterea aliquid,
quia Deus id scit futurum, sed quia futurum est, ideo scit Deus antequam
sit. Omnis ergo vis hujus sequelæ perit, nam etiæ Deus præsciat peccata,
ideoq; tum peccata non sunt, quia Deus præscivit. Postquam ergo in
thesi dictum quid non sit Causa peccati, jam.

(II.) Kænè Hœm additur, quæ vera peccati Causa sit, nempe Diabolus,
prout hoc probatur ex Joh. 8. v. 44. Est autem Diabolus peccatorum non
propinquus sed remota Causa, nam ille immediatè ea in nobis non exse-
quitor, imò exsequi nequit, sed voluntatem nostram variis objectis illicit
& demulcit, ut ad peccatum exsequendum feratur; hinc dicitur qui-
dem, quod Diabolus potens sit in filiis incredulitatis, sed de concupis-
cia dicitur, quod illa concipiens pariat peccatum, Jacob. 1. Ut autem res
eo melius constare possit, videndum quomodo Diabolus circa voluntati-
tem nostram se habeat, illa autem circa peccatum. Principio ergo Dia-
bolus unius cuiusq; scrutatur inclinationem, quibus potissimum rebus
delectetur. Hanc rem facile perscrutari & indagare potest, namq; nota-
sunt ei omnia instrumenta, quibus rerum illarū notitia acquiritur: habet
notitiam astrorum, qualiter illa sese habeant circa generationem alicujus:
potest videre omnes alicujus actiones, quæ statim iudicio sunt, quo po-
tissimum quis inclinet & feratur. Hoc fari probant epitheta, Diabolo ad-
dita, quæ ipsum commendant ab astutia Gen. 3. v. 1. 4. 2. Cor. 11. v. 3. ab
antiquitate Apoc. 12. v. 9. hæc enim ipsi variarum rerum notitiam para-
vit: à diligenti circum ambulatione. Pet. 5. v. 8. Quando sic cuiusq; na-
turam scrutatus est, mox querit objecta & sollicitus est de occasionibus,
quibus incitare queret hominem, ut talia vel talia perpetret. Cum ergo vi-
deret Judas in avaritiam ferri, quererbat objectum quod ipsi propone-
ret, ut ita Judas haberet occasionem perpetrandi tale quid, unde pecuni-
am lucrari posset. Ne autem homines metu Dei & divinæ Legis talia per-
petrare vereantur, Dei misericordiam adeo elevat, ut nihil supra: Legem
Dei in hoc non violari blandè in aurem susurrat, omnia homini favere
& peccatum hoc nollius valoris esse persuadens. Voluntas, hōc modō à
Diabolo affecta, fertur in objecta: & quia intellectus non rectè judicara
semper potest, ob ignorantiam ex lapsu contractam, ea bona esse judi-
cat, eaq; voluntati exequenda relinquit. Postquam ergo hoc modo in-
escavit hominem Diabolus, statim ab uno peccato illū ducit in alterum,
& ut antea misericordiam Dei sciebat elevere, sic eam nunc extenuare

quam artificiosissime novit, ut talis per petrantem ad desperationem agat. Ex his satis patere potest, quæ veræ peccati Causæ sint, quæ falsæ & putatinæ.

THESS. VI. I.

Materiale peccati est omne, quod à divina Lege recedit: Philippo dicitur defectus, vel inclinatio, vel actio pugnans cum Lege Dei.

[Explicata Efficiente Causa, sequitur Materia explicanda, prout hoc ex ordine Causalium satis patet. Dicitur autem in thesi, quod Materia peccati sit omne id, quod à divina Lege recedit, ut enim Materia est $\delta\chi\epsilon\nu$ omniū Formarū, ita Materia peccati nihil aliud esse potest, quam quod est $\delta\chi\epsilon\nu$ omnis vitiositatis & $\alpha\omega\mu\alpha\lambda\sigma\varsigma$, quod aliud nihil est, quam quod à divina Lege recedit. Alias duplice respectu Materia peccati constituitur, respectivè sc. & absolutè. Si respectivè sumatur materiale est vitiosus actus habitusve, & pro formalī habet reatum s. obligationem ad pénam: si absolutè materiale est omne quod à divina Lege recedit. Sed quia non est Relatum secundum Esse, cuius omnis essentia in $\sigma\chi\epsilon\tau\varsigma$ consistat, sed tantum secundū dici, ideoq; quod ea, quæ absolutè materia est, constituantur, indicandū fuit. Vid. Meisn. disp. i Quæst. 6. & disp. 3. de definitiōne peccati reali. Dum autem dicitur, quod Materia peccati sit id, quod à divinæ Legis præcepto recedit, ultero facile consequitur, quod objectum peccati, in quod illud committitur, sit hujus Legis autor, adeoq; ipse Deus, non solum Pater, sed etiam Filius, Matt. 12. v. 32, enim mentio sit peccati in filium hominis, & Spiritus S., nam Acto. 5. v. 3. dicitur: Anania, eur Diabolus implevit cor tuum, ut mentireris Spiritui S. Est autem Deus primarium peccati objectum, quia in solum Deum peccatum propriè committitur, sive cum homines transgrediuntur mandata primæ tabulæ, sive cum homines transgrediuntur mandata secundæ tabulæ, aut lèdent dignitatem rerum earum, quarum usus sanctus & legitimus est, atq; adeo eum injuria afficiunt vel proximos vel seipso. Hinc David se soli Deo peccasse dicit, cum Uriam interfecisset & uxorem ejus stuperasset Ps. 51. v. 6. 2. Sam. 12. v. 13 Nimirum propria ratio peccati non est à proximo, quem læsimus, sed à violatione mandati Dei, in injuriā illorum. Secundario est i. proximus, hinc phrasēs: peccare in aliquem Acto. 25. v. 8. peccare contra sanguinem innoxium i. Sam. 19. v. 5. 2. ille ipse qui peccat, hinc i. Cor. 6. v. 18. scortator dicitur peccare in propriū corpus. 3. ea, quorum usus sanctus & legitimus est. Sic Acto 25. v. 8. dicitur: peccare in templum, peccare in Legem Judæorum, Vid. Petr. Raya, Bibli. sacra. part. 2. p. 253. 254.]

Theſ. VIII.

THESES. VIII.

Subiectum peccati est creatura rationalis, adeoq; tantum Angeli mali & homines.

[Hæc thesis comitari debuit illam, quæ egit de Materia, nam Subjectum nihil aliud est quam Materia in qua, prout hoc asserit Armand. de Bello viro, tract. 2. de prædicamento substantiæ, cap. 39. Disquisitum est inter Philosophos,anne etiam bruta animalia virtutum s. vitiorum aut peccatorum notam incurrete possint. Quidam omnino propugnat, recte de brutis dici, quod virtutis aut vitij capacia sint, prout & ipse Arist. lib. 8. de histo. animal. cap. 1. asserit, dicens: in eis urbanitas, feritas, clemencia, acerbitas, fortitudo, gnavia, metus, fiducia, ira, malitia, atq; etiam prudenter imago. His subscriptibunt illi qui animalibus rationem tribuunt, inter quos est Francisc. Valles. de sacra philos. p.m. 308, 309, ubi prolixis haec de re agit, quamvis autem non verè, sed tantum *κατ' αναλογίαν* hoc concedendum scribat: si enim bruta rationem haberent, etiam habitus haberent, nam habitus non possunt esse, nisi supposita indifferentia & libertate agendi, atq; adeo ratione ipsa. Contrarium autem placet aliis, qui omnino concedere nolunt quod in brutis habitus inveniantur, nam in omnibus suis actibus determinantur ad unum, ex vi objectorum, prout eis representantur: cum autem habitus eis nullò modō convenire posset, nec eis virtus, aut virtuti oppositum peccatum s. vitium tribui poterit. Sed relinquuntur Philosophis sua, nos h. l. hanc rem Theologicè consideremus. Quando ergo in thesi dicitur quod sola creatura rationalis sit subjectum, dicitur.

I. Quod peccatum Theologicè sumptū, prout thesi i. huic disputationi vindicatum fuit, non possit cadere in aliam creaturam quam rationalem, h. e. talem, quæ novit ex Effectibus Causas elicere, & ex Causis Effecta, quæ potest ex universalibus singularia, & contra, intelligere, quæ curam habet rerum æternarum & invisibilium. Neq; vero in omnem rationalē creaturam cadit peccatum, sed tantum in eam, quæ noluit concessā suā ratione recte uti, sed scipsum in peccatum præcipitavit, qualis est Angelimali, qui non servaverunt suam originem Judæ v. 6, & homo, qui concrearam suam excellentiam integrā servatam noluit, adeoq; peccato subjectus est. Hoc satis constat ex eo, quod in scriptura nullibi fere peccatum condonetur in quadam alia creatura, quam in Diabolo & hominibus. Joh 8. v. 44. dicitur quod Diabolus sit mendax ab initio, & ad Rom. 5. v. 12. dicitur, quod mors in omnes homines transi;

transiverit, quia omnes peccaverunt. Dicas vero etiam bruta animalia subiectum peccati esse, quia & illa Deo pro peccatis cognitis supplicant. Sic Jon. 3. dicitur, quod & animalia coacta esurire, ut expientur peccata urbis, sed singulare hoc est exemplum, ubi rex Ninivitarum non tam voluit pecoribus prohibere alimento, quam hominibus tempus & occasionem subducendi se cultui divino: quando enim pectora voluerint pascere, non potuerint nisi meditationibus & preceptionibus pro aversione mali vacare.

II. Quod omnia Individua, sub creatura illa rationali peccatrice contenta, peccent & peccaverint, etiam Maria, quæ frusta ab adversariis Papicolis excipitur. Constat hoc satis inter cetera, i. ex dicto Simeonis Luc. 2. v. 35. quod intelligi dicitur vel de dubitatione, quæ beatissima virgo in passione Christi dubitavit, an Christus esset Filius Dei; vel saltem de summo dolore, quem beatissima virgo sensit, cum Christum in crucem pendentem vidit: at dolorem istum habuisse admixtam aliquam dubitationem de futura Christi resurrectione certum est, neque enim tantus, id est, tam gravis & acerbis fuisset, si beatissima virgo, Christum tercia die, prout ille promiserat, certa ac indubitate Fide resurrectarum credidisset. Si autem dubitavit, omnino peccato infecta fuit; nam omnis etiam dubitatio est peccatum. Vid. Petrus Ravanel. in Biblio. sacra de pecca. 2. inde, quod Maria mortua fuit: omnis autem moriens, excepto Christo, peccato est infectus. Etiamsi autem mater non excipiatur, excipitur tamen Filius, nempe Christus, qui peccatum non admissit, & in cuius ore dolus inventus non est. Isa. 53. quem nemo de peccatis potuit redarguere Job. 8. v. 46. & quem Deus exaudivit Job. 9. v. 31. Unicò ergo Christò excepto, omnes reliqui homines peccatores sunt & fuerunt, hinc etiam tot nobis occurrit exempla, quæ satis testantur, quod & sanctissimi quivis peccata admiserint gravissima.]

THESS. IX.

Forma peccati est ipsa à Lege deviatio, ipsa à Lege exorbitatio.

[In Materiam cum introducenda sit Forma, post explicatam peccati Materiam, Forma paucis addenda venit. Id autem Forma est, per quam res est id, quod est: cum autem sine deviatione à Lege divina peccatum non possit esse peccatum, patet quod peccati Forma in ipsa deviatione à Lege consistat. Sicut autem dupli modō Materia peccati constituta fuit, ita & peccati Forma dupli modo constitui potest, ab solutè

solutè & respectivè. Absolutè Forma peccati est id, quod à Lege divina exorbitat: respectivè autem est obligatio ad pænam. Alij sic distinguunt ut à *vixit* illam dicant Formam peccati primario, reatum autem secundario, quia est non tam Formale peccati, quam peccatum consequentis. Quando autem dicitur, quod exorbitatio à Lege divina sit Forma peccati, facilem consequitur, quod ubi illa adest Forma, ibi revera peccatum sit, adeoq; etiam vitiosæ nostræ qualitates peccati nomine veniant, quia ibi revera quædam est à Lege divina exorbitatio. Adversarij nostri Papicolaæ vitiosas qualitates, quæ in homine reliquæ sunt, quales sunt defectus, infirmitas carnis, imperficiō virium, concupiscentia post Baptismum reliqua, peccatum non esse acerrimè disputant. A nostris autem contrarium satis hactenus monstratum est, variis argumentis sententiæ hujus falsitatem demonstrantes. Evidem vexatissima est hæc semper quæstio, jam à Pelagij tempore, uti videre est apud Chemnitium, agitata, firmissimis tamen argumentis ex Paulo, aliis scripturæ locis, & ratione de sumptis, satis hactenus veritas confirmata & falsitas profligata fuit. Qui volet ea videre legat Chemnitium cap 7. de peccato originis. Meisn, disp. 8. Decad. 1. quæst. 1. Nobis in præsentia sufficit, quod illæ concupiscentiæ revera habent exorbitantiam à Lege divina, adeoq; ipsam peccati Formam: posita autem Forma, rem ipsam ponit necesse est.]

THESS. X.

Finis peccati est pæna tūm temporalis, tūm æterna Gen. 2, v. 17.
Rom. 5. v. 12. Rom. 6. v. 23.

[Post explicatam Formam explicandus venit Finis. Est autem Finis propter quem res est. Quia autem de peccato dicere non possum, quod propter aliquid sit, vel quod aliquem habet Finem, hinc ejus Effecta loco Finis explicanda sunt. Sunt autem Effecta pœna tūm temporalis tūm æterna. Generaliores adhiberi non possunt termini, namq; sub illis continentur omnia, quæ peccata consequuntur. Sub pœna temporali præcipua est mors. Quando autem scriptura sacra mortis mentionem facit, per illam intelligi...]

as) omnia malorum genera, nam ea nomine mortis quandoq; veniunt, sic enim dicitur Deut. 30. v. 15. considera quod hodie proposuerimus conspectu tuo vitæ & bonum, & è contrario mortem & malum. Sic Pharsal. Exod. 10. v. 17. cumulum locustarum vocat mortem; hinc etiam morti ponitur pro affligi & crucem ferre 2. Timo. 2, v. ii, nam si unā mor-

D

tuisq;

tui sumus & una vivemus; atq; adeo gravissima perpetuamala. 2. Cor. 6.
v. 9. ut in orientes, & ecce virimus. Hęc ergo omnium peccatorum in hac
vita Finis est, nam propter peccata nostra variamala tolerare cogitur,
prout hoc Adamo prædixit Deus, variopans quod in sudore facie sua
victum sibi quæsturus sit, h. e. varios dolores, varias calamitates perpes-
tus. Etiam si autem Deus quandoq; pñas suas differat, nec statim in-
transgredientes animadverterat, tamen eas omnino non omittit; hinc recte
a Valerio Maxim. dictum, quod tarditatem supplicii gravitate compen-
ser. Notandum autem quod observavit Petrus Rayanell. part. 2. Bibli-
sacr. quod sc. Deus soleat talibus pñis peccata afficere, quæ responde-
ant peccatis ipsorum. Psal. 64. v. 4. s. dicitur, quod impij acutuam suam
linguam instar gladii, ut ea noceant pios. v. 2. 9. dicitur, quod propria
sua lingua feret ipsos confusari hos. Prov. 1. v. 14. dicitur, quod Deus il-
los vocet & nolint auscultare: v. 28. pñna subiicitur, quod illi ad Deum
clamatur sint, nec Deum eorum clamori attendere. Exempli loco ponit
1. Sodomitas, qui, quia exarserant in concupiscentiis suis, igne perdun-
tur. Gen. 19. 2. Abimelechi, qui uxorem Abrahami accepérat, ut congre-
deretur cum ea, atq; ex ea liberos suscipiet, propterea Deus occulit
omnem vulvam familiæ ejus Gen. 20. v. 2. 4. 18. 3. Pharaonis & Ägy-
ptiorum, qui Israëlem primogenitum Dei dimissterenuebant, propriæ
ea delebantur eorum primogenita Ex. 4. v. 22. collato cum v. 23. & cap.
22. v. 19. & plura alia, quæ ibi videri possunt. Pro illis pñis, quæ peccata
nostra comitantur, etiam Christus satis fecit, & eas merito, suo sustulit.
Pontificii autem, Christo gloriam hanc dare nolentes, quod ille pro
omnibus peccatis & peccatorum pñis satisfecerit, meritum ejus infiniti
valoris esse negant, & pro peccato, non vero peccati pñna satisfecisse di-
cuunt. Sed dicant hujus sui asserti Causam. Certe si scripturam consulueris
mus, aliud constabit, quæ meritum Christi infiniti valoris esse ubiq; fare-
tur, hoc ē Isa. 53. v. 5. dicitur, quod propter iniquitates nostras vulneratus;
& propter scelerá nostra attitus sit, quod pñna in ipsum posita fuerit,
ut nos pace possemus uti.

β) Dissolutionem animæ & corporis. Hanc dissolutionem pñnam pecca-
torum esse, constat ex loco Gen. 2. v. 17. collato cū cap. 5. ad Rom. Si enim
hoc non foret, mina Dei fuisset fulgor ex pelyi, quæ nostros paren-
tes, ut peccata vitarent, nihil commovere potuissent; cum enim Adamus
haberet intellectum omnium rerum, peritia coruscantem, facile ipse scivis-
set,

set; se olim moritur. Contrarium tamen placet hoc seculo nostris Photianis, qui asserunt mortem homini fuisse naturalem, ita ut homo, non nisi divina gratia, quā in creatione donatus non fuerat, potuisse ab ea immunitus esse. Sic enim scribit Faustus Socinus, prout eum citat, Auffürliche vnd gründliche Wiederlegung des Teutschen Artianischen Cataphismi von der Theologischen Facultet zu Wittenberg aufgerüstet Anno 1619. impressa, p. 34. in disputatione de statu primi hominis ante lapsum: Cum nego hominem immortalem à Deo esse creatum, non intellico ipsum ab ipso creationis initio morti penitus fuisse obnoxium, adeo ut ei omnino moriendum esset, sed tantum suā naturā morti fuisse obnoxium, & non, nisi divina gratia, quā in ipsa creatione donatus non fuerat, immunitum perpetuo esse potuisse. Sed observandum, distinguendum hic esse inter totum suppositum & ejusdem partes. Anima per se & sua natura est immortalis; quod nullus Christianorum in dubium vocare debet. Corpus creatum est ex quatuor Elementis, & ita comparatum, etiam ante lapsum, ut in illa Elementa posset resolvi. Vel, ut clarius dicam, corpus hominis ante lapsum ita erat effectum, ut ad mortem, certo secuturam, per successivam partium assumptionem nullatenus propenderet, sed ut posset mori, & non mori. Non mori, stante Natura: mori, accedente peccato, idq; omne non ex supernaturali quodam dono, sed materia conditione. Totum ergo suppositum, ita comparatum erat, ut posset non mori: Sicut enim nunc nostra est proprietas, non posse non mori, infuturavita erit non posse mori, ita olim non habebamus posse non mori.

Pœna peccati æternæ est æterna damnatio, quā peccatores, in hac via non resipiscentes, à gloriose Dei aspectu in æternum removebuntur, cruciatibus æternis, à Diabolo infligendis, obnoxii, Matt. 25. v. 41. Hæc pœna est multo atrocior priori illa, nam in æternum non desinet, Esa. 66. v. ulti. Vermis eorum non morietur, id eog; tanto majori studio cendum, ne illam incurramus. Hanc pœnam dictabit Christus, qui ut justissimus judex veniet iudicatum vivos & mortuos.

THESS. XI.

Peccatum est recessio à Lege divina, quod, auctore Diabolo, & assentiente nostra voluntate committitur, pœnam æternam & temporalem promerens.

[Ex his, quæ hactenus dicta sunt, jam ulro. peccati Definitio fluit, ubi
jam]

jam probatione non egemus, cum per singula membra hæc omnia jam probata sint. Est autem hæc Definitio Accidentalis, constans Genere, quod est recessio à Lege divina, Differentia, nam dum peccata recedunt, differunt in eo à bonis operibus, quæ accedunt ad Legem divinam, Causa Formali, neque recessione, nam Forma peccati est recessio, Materiali, à Lege divina; nam, ut supra dictum, omne, quod à Lege divina aberrat, est peccatum, Efficiente, eaq; vel remotâ Diabolo, vel propinquâ voluntate hominis, Finali, pœna æterna & temporalis.

T H E S. XII.

Peccatum in Genere dividitur in peccatum Angelarum & peccatum hominum.

[His omnibus jam dictis, tandem accedit ultimo divisio, quæ terminum huic disputationi, figet. Quod autem hæc Divisio suo Diviso adiquata sit, hoc satis inde patet, quia supra dictum est, quod peccatum non cadat in creaturas irrationalis: cum autem creaturas rationales absolvant Angeli & homines, sequitur quod Divisio, quæ facta est ex subjecto, rata sit, suo Diviso, neq; angustior, neq; eodem latior. Deberemus hinc ulterius proficiere, & peccata amplius dividere, sed quia ulteriores peccati divisiones pertractare hac vice nec volumus, nec possumus, subsistimus hic, gratias quam maximas Summo & TRI-UNI Glorioissimo Iehovæ, Domino & Creatori nostro, agentes, quod sua gratia huic labori adesse voluit, Summus ille Deus quoq; sicut, ut peccata nostra serio doleamus, qui, meritum Christi vera Fide apprehendentes & nobis applicantes, tandem, æterni Paradisi incola & cives siamus. Hinc concludemus cum Gregorii Nazianz. epigrammate, quod inscribitur Θρηνος.

Ωμοὶ ἔγω, ὃν δή με πέσος ἐρανὸν ἡδὲ θεοῖο
χῶρον ἐπιτέλμενον σώμα τὸ δ' ἀμφίσ ἔχει

ἡδὲ τῇ ἐκβασίᾳ εἰσι πλυνθανέος Βιότοιο,

καὶ συγερῆς ικανίης, οὐ μὲν πέδησε κάτω,

Πάντοθεν ἀεροφάτωις περικυπέσον μερίμναις,

Εσπικομεναις φυχῆς κρίλας καὶ χάριτας

Αἴδα με λύσου ἄναξ, λύσου χρονίων ἀπὸ δεσμῶν,

καὶ με χορευσόν ταξόν εἰς ἐρενίν. Αμήν.

Τῷ Θεῷ μόνῳ καὶ ἀδικητῷ δόξα καὶ πική
ἔτις ἀλέων αἰδονας.

•••(O)•••



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn738585602/phys_0031](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn738585602/phys_0031)

DFG


set; se olim moriturū. Contrarium tamen placet hominī, qui assertunt mortem homini fuisse naturali, nisi divina gratia, quā in creatione donatus non fuit immunitus esse. Sic enim scribit Faustus Socius, proliche vnd gründliche Wiederlegung des Teutschschismi von der Theologischen Facultet zu Wittenberg 1619. impressa, p. 34. in disputatione de statu primi. Cum nego hominem immortalem a Deo esse colligo ipsum ab ipso creationis initio morti penitus fut ei omnino moriendum esset, sed tantum suā natum, & non, nisi divina gratia, quā in ipsa creatione immunitum perpetuo esse potuisse. Sed observandum est, quod inter totum suppositum & ejusdem partes, natura est immortalis; quod nullus Christianus debet. Corpus creatum est ex quatuor Elementis, & iam ante lapsum, ut in illa Elementa posset resolvi. corpus hominis ante lapsum ita erat affectum, ut auctorā, persuccessivam partium assumptionem auctorā, sed ut possit mori, & non mori. Non mori, stante dente peccato, id est, ohne non ex supernaturali quiete conditione. Totum ergo suppositum, ita compōnon mori. Sicut enim nunc nostra est proprietas, infutura vita erit non posse mori, ita olim non haberi.

Pœna peccati æternæ est æterna damnatio, quā non resipiscentes, à gloriōlo Dei aspectu in æterni cruciatus æternis, à Diabolo infligendis, obnoxii, pœna est multo atrocior priori illa, nam in æternum v. ulti. Vermis eorum non morietur, id est, tanto dum, ne illam incurramus. Hanc pœnam dictabit Christus judex veniens iudicatum vivos & mortuos.

THESES XI.

Peccatum est recessio a Legi divina, quod, aucto-
tiente nostra voluntate committitur, pœnam æternam
promerens.

[Ex his, quæ hactenus dicta sunt, jam ultra peccatum]



Photi-
o, non,
ab ea
üssfur
i Cate
Anno
plum:
intell
, adeo
obno
uerat;
dum
e sua
care.
m, et
licam;
secu
deret,
acce
mate
posset
mori;
nomi
natur
ac vi
intur,
Hæc
sa. 66.
aven
misi
issen
lem
it, ubi
jam

Patch Reference number on UT: E283 Serial No. .

Image Engineering Scan Reference Chart E283